

Mythologia, Venise, 1567 - III, 00 : Quam praeclare dicta de inferis excogitata sint ab antiquis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III : Quam praeclare dicta de inferis excogitata sint ab antiquis](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 01 : De ce que les Anciens ont creu touchant les Enfers](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 00 : Des belles inventions & discours des anciens touchant les enfers](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - III, 00 : Quam praeclare dicta de inferis excogitata sint ab antiquis, 1567

Consulté le 07/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/813>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4

Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 57r°-57v°

NATALIS COMITIS MYTHOLOGIAE,

LIBER TERTIUS.

Quam praeclare dicta de inferis excogitata sunt ab antiquis.

10



APIENTISSIMI & optimi sancti illi homines fuerunt, Sereniss. atq; optime CAROLI Rex, qui primi inter mortales hanc opinionem introduxerunt, quod anima nostra immortalis existens, postquam fuerit ex his corporum vinculis soluta ad severissimos iudices accedat, ibique pro meritis vel ingentia praemia, vel gravissima supplicia sortiatur. Nam si nulla esset veritas religionis, si nulla Christianæ veritatis cognitio, potest tam en vel ratio ista ita homines ad probitatem reuocare, ut se potius premissi dignos præberent, quam ut vitare supplicia conarentur, quam ipsam veritatem Jesus Christus posse clarius intelligere volentibus, omnibus nationibus explicauit. Quid enim tam potest ab omnibus sceleribus animos hominum retrahere, quam si sibi persuaserint omnibus cum reddendam esse anteaclæ vita rationem, cum neque mentiri, neque tergiversari licet; sed omnia quæ fuerint nefarie in vita commissa, vniuersis gentibus conspicua tanquam macula, aut putrescentes pustulae apparebunt? Quæ leges ciuiles, quæ consuetudo ciuitatum, quæ severitas iudiciorum tantum potest in animis hominum? His enim neglectis multa flagitia clam committi possunt, & nonnulli tormenta paruifaciunt, & morte, si res ita poscat, æquissimo animo perferunt. At ubi neque tunc tamen finem laborum & calamitatum sibi adesse sentiunt, mirum est quantopere ab ipsa conscientia, & ab æternorum suppliciorum metu retardantur. Hoc ita esse, facile fuit viris bonis & temperantibus persuadere; at multitudini, quæ non nisi crassiore quodam modo, allicitur aut impellitur, non faciebat hæc rationes satis ad persuadendum: sed multa apud inferos terribilia, & vel dictu horrenda ficta sunt, multa ad voluptatem excogitata, quibus rudiotes homines ad probitatem adducerentur. Quis enim non commoveretur magnopere, cum sciret post mortem sibi a leundam esse paludem Acherontis, quæ prima excipiebat obuias animas? cum terribilis animarum portitor Charon squallidus, barbaq; procripsa, ac rutilantibus oculis nigram nauiculam gubernarer, & nigro malo annexa caliginosa antenna velificaret? cum Phlegetontem animo complecteretur frementibus flammarum vndis conuolutum? cum Cocytus subieter gravissimus & tristissimus amnis, cuius tremitus querularum animarum voces imitabatur? cum Cerberus triceps, cum severissimi iudices, cum Furiæ venirent in mentem, quæ singulos cogerent per varia tormenta commis-

20

30

40

P sa sec-

Mythologiae.

sa scelerata fateri, quis intrepido animo aliquod flagitium aggredieretur? Accedebat ad terrorem terribilis inferorum tyranni vultus, stridularumq; catthenarum strepitus in vincitis animabus tractarum: sonabant plagarum verbena, quæ fontibus infligebantur; undique exaudiens cruciarum animalium lamentationes. Hec etiæ à nonnullis paruissent ac desiderentur; tamen nemo erat, qui extremum vitæ diem sibi adesse sentiret, quin magnopere formidaret, atque riuieret; vita suæ rationem ad huc non timenda, si fieri posset, quam paratissimam esse cuperet. Vnum est enim morituris bonum viaticum innocentia, ecceque præterita vita recordatio, quæ sola nos intrepidos ad omnium iudicium præsentiam, & ad omnia pericula perducit.

10 Ex altera parte nos hortabantur sapientes ad probitatem ingentibus & iucundis voluptatibus propositis in campis Elysis. Nam quicunque virorum bonorum instituta obseruauerit, sancteque viventer, hic in beatorum cætum deducebatur, ubi omnis generis ferax erat tellus fructuum; aquæque de fontibus limpidissimis fluebant, ac prata variis floribus ver perpetuum agenia vestiebantur. ibi concilia erant philosophantium, ibi theatra poetarum, ibi cyclici chorii, ibi musica oblectamenta, ibi concinna & elegancia coniuncta, voluptasque nulli molestia coniuncta. Neque enim calor immodus nec frigus sentiebatur, sed et semper erat salubris & temperatus, neque vehementer toribus solis radiis inflammabatur. Quod est enim suauissimarum aquilarum genus, quod ibi non mirificos concentus exerceret, aut quæ arbores sunt odoriferæ quæ non semper amanissimis floribus vestirentur? hinc lites, hinc inimicitia, hinc odia, hinc latrocinia, hinc doli, hinc periutia, hinc inuidia exulabat. Hic felicissima vita, & ab omni molestia tranquilla sine mortis aut exigitudinis metu traducebatur, ut dicebant. Quod felicitatis genus illis solis expositum erat, qui sancte pieque vivissent, aut qui peccata quidem non nulla, sed medicabilia & leuis commisissent; quæ quodam in loco non longe ab hoc expurgabantur. His rationibus, aliisque humilibus cognati sunt antiqui multitudinis animos partim spe voluptatum, partim metu suppliciorum ad iustitiam, vitaque integritatem reuocare. Sed quoniam primus omnium mortalium Pluto illas rationes excogitauit, ut sensit Hecateus, hunc esse locorum illorum Regem crediderunt: sicuti ventorum Aerolum, quia mutationes ventorum prior obseruasset, Lunæque amicum Endymoneum, quia lunæ cursum prior & mutationes percepisset. Et quoniam de Plutone verba fecimus, nunc quæ formidabilia fuisse crederentur in eius regno inuestigemus, ac primum de Acheronte loquamur.

De Acheronte.

Cap. I.

40 Criptum reliquit Divinus Plato in Axiocho, si modo legitimus est eius scriptoris dialogus, Opim & Apollinem tabulas quasdam æneas in Delum ex Hyperboreis detulisse, in quibus scriptum erat, anima, postquam fuerit à corpore exoluta, in ignatum quendam subterraneum recessum pervenire, ubi Regia sit Plutonis, nihil minor quam Louis sit aula. Nam cum medium globos orbis terra obtineat, superioris hemisphaeriū Jupiter & eius filii gubernant, cum inferiori Pluto Louis frater & nepotes dominantur. Sed antequam ad Plutonis regia vestibulum peruentum sit, ubi porta ferrea firmissimis pessulis clausa, ruitaque ostiis, primus est Acheron.

ton